



## Beilagen zu: Otto von Lonsdorf (1254—1265).

Von Ulrich Schmid.

### I.



Notandum, quod anno domini MCCLVI, VII kalendas Novembris presidente domno episcopo Ottone in Ilzstatt placito generalis ministeriales ecclesie de Abbatia interrogati, iurati dixerunt terre ex antiquo iure deberi ista iura. Item notandum, quod chunigsteura solvi debet. Item notandum, quod in Iltsgeu de modio tritici dantur ante festum Purificationis domno episcopo pro chunigsteura V denarii. Item circa Muhelam de duobus volgultigen lehen pro chunigsteura V denarii. Item notandum, quod quilibet ministerialis in predictis locis, si infra tres quatuordecim dies dare neglexerit predictum ius, solvet domno episcopo ratione Wandel<sup>1)</sup> VI solidos, et chunigsteure, que si tunc non solvet, domnus episcopus intromittet se de possessione, de qua solvi debuerat, vel recipiet pignus, si fuerit ibi. Item quicumque comes aut liber aut quis alius, qui non est ecclesie et infeudatus fuerit ab episcopo in dictis locis, si non solverit chunigsteuram infra predictum terminum, dare tenetur domno episcopo ratione Wandel X talenta, que si adhuc non solverit, domnus episcopus recipiet pignora in eisdem locis, vel, si ibi sufficiens pignus non invenerit, intromittet se domnus episcopus de ipsis bonis. Item notandum, quod infeudati in predictis locis pro predicto iure, quod chunigsteura dicitur, non tenentur ire cum domno episcopo in negociis imperii nec dare steuras ad eandem expeditionem. Si vero alias pro necessitate ecclesie ierit, illuc sibi obsequi tenebuntur. Item notandum, quod ubicumque domnus episcopus iudicium habuerit, ita quod ad eum immediate pertineat ibi poterit recipere nahtsedele,<sup>2)</sup> quo ad comitiam, non quo ad advocatiam, quia pro eadem solvitur voithaber. Item ubicumque fuerit homo militaris conditionis, non tenetur dare voithaber. Item notandum, quod ubicumque domnus Henricus de Wessenberch<sup>3)</sup> proximo et ultimo iudi-

<sup>1)</sup> Hiermit eines der ältesten Beispiele für das Vorkommen dieses Wortes: „Wandel“; in dem Vertragsbriefe zwischen Wernher und Heinrich von Schauenberg und Wichard und Otto von Planckenstein betreff. die Vogtei über die Kirche in Ruprechtshofen vom 12. Mai 1274 heisst es: „et omne lucrum sive acquisitio in tres partes dividi debet, quod Wandl dicitur“. Pez. t. VI, 3, p. 17.

<sup>2)</sup> Natselte auch Matselde = Entrichtung einer Steuer zur Verpflegung. cf. Du Cange V (1885) p. 574.

<sup>3)</sup> Heinrich von Wesenberg aus dem alten oberösterreichischen Adelsgeschlechte derer von Wesen; im Gegensatz zu J. Siebmachers Wappenbuch Abt. IV, Bd. 5 (Nürnberg 1904) S. 629 bin ich der Ansicht, dass dieser

cium habuerit vel advocatiam, ibi etiam dominus episcopus habebit, et si aliquis se de illo intromiserit, informabit eum, quo iure illud habeat, quod si non fecerit, emendabit domino episcopo, et permittet eum ibidem gaudere iure suo. Item notandum, quod ab Iltscha usque ad maiorem Muhelamleiten circa Danubium sunt domni episcopi sub hac forma: ut videlicet rusticus colens agrum circa Danubium stans in fine agri proiciet tres ictus sursum, infra quos ictus recipiet ligna necessaria. Rusticus vero supra montem stans in fine agri proiciet deorsum unum ictum, infra quem ligna recipiet necessaria, quantum autem distat inter predictos ictus, pertinet ad dominum episcopum, nisi aliquis fuerit de hoc infeudatus ab ipso. Item notandum, quod quicumque vel quecumque ministerialis Abbatie decesserit preter heredes, feuda sua respicient et attinebunt proximis heredibus, ita si fuerint veri ministeriales Abbatie. Item notandum, quicumque duxerit uxorem extra familiam ecclesie non coactus, heredes sui ius ad feudum non habebunt, nisi qui copulati sunt ad familiam ecclesie denuo, alioquin ipsa feuda vacabunt libere domino episcopo. Item notandum, quod piscatores sunt domni episcopi, nisi forte aliquis habuerit tantum fluentis aque in bonis suis immediate, (fol. 3r) et quam specialiter cum possessionibus habeat in feudo. Item quilibet nobilis debet habere in domo sua piscatorem, qui debet piscari in die tantum, et habebit mercatorem ante domum, qui potum et victum et vestes pro domo tantum sui domni comparabit. Item ministeriales venabuntur lepores et vulpes preter rete, et si lupum ceperit, capiet pro eo cervum, alias non venabitur rotwilt. Item non debet aliquis esse mercator in dictis terminis nisi in foro legitimo et civitate hiis exceptis, que fuerint ante domos ministerialium, ut prediximus. Item, si aliquis delatus fuerit iudici propter aliquam infamiam, non auferet sibi propter hoc res suas, sed faciet de ipso equum iudicium, si vero se expurgaverit, iudex faciet sibi super delatore iusticiam, et si iudex proprio motu infamaverit eum, dominus episcopus sibi faciet de iudice iustitiam, et si aliquis illorum condempnatus fuerit, bona remanebunt domino, cuius colonus fuit. Item notandum, quod dominus episcopus personaliter habebit placita in hiis locis, in Lengenpach,<sup>4)</sup> in Hofchirchen,<sup>4)</sup> in Puzlinsdorf,<sup>4)</sup> in Serleinpach,<sup>4)</sup> in Rorpach,<sup>4)</sup> in Chapelle<sup>4)</sup> sine dampno hominum. In hiis vero iudex domni episcopi et non in predictis: in Altenwalde,<sup>5)</sup> in Potenreute,<sup>5)</sup> in Jungsalze,<sup>5)</sup> in Haselpach.<sup>5)</sup> Item notandum, quod hii ibunt cum sumariis in via Boemorum: in Waltchirchen,<sup>6)</sup> de Schefwege,<sup>6)</sup> de Zwisel,<sup>6)</sup> de Vurholtz,<sup>6)</sup> et Boemi et nullus alius. Qui si perdiderint equos suos, solventur illis pro equo VII solidi minus X denarii, si illos de die perdiderint, si vero in nocte, nichil solvetur eis. Item quilibet ministerialis tempore karistie<sup>7)</sup> habebit a Pascha usque ad messem unum equum in via sibi portantem necessaria ad domum suam et non solvet mutam. Item iudex

noch unbekannte Heinrich von Wesenberg der Sohn des Ernst von W. und der am 20. 6. 1264 urkundlich bezeugte Manegold v. W. der Sohn des Heinrich von Wesenberg ist.

<sup>4)</sup> Lengbach (Alt-N.Oe., G. B. Hietzing, B. St. Poelten); Hofkirchen (vermutlich das bei Vilshofen); Putzleinsdorf (O. Oe. b/Linz); Serleinspach (unbekannt?); Rohrbach (welches der drei alten österr. Rohrbach gemeint ist, lässt sich nicht bestimmen); Kapellen (N.Oe., G. B. Herzogenbuch, B. St. Pölten).

<sup>5)</sup> Altenwald (unbekannt?). Potenreute (unbekannt?); Haselbach (N.Oe., G. B. Stockerau).

<sup>6)</sup> Waldkirchen a/Wesen (O.Oe., G. B. Engelszell). — (unbekannt?); Vornholz (unbekannt?) Zwlesel (b/Regen. bayerischer Wald).

<sup>7)</sup> caristia = annonae caritas; Du Cange II (1883) p. 171; gemeint ist das Frühjahr, wo nach Verzehrung der eigenen eingeheimsten Früchte zum Lebensunterhalt solche gekauft werden müssen, die infolgedessen im Preise um diese Zeit sehr stiegen.

datus a domno episcopo iudacabit omnes casus propositos contra aliquem presentem in iudicio excepto causam de iusto feudo, sed, si presens non fuerit, contra quem est actio, comes ammonebit eum, ut infra quattuordecim dies satisfaciat querelanti; quod si non fecerit, iudex domni episcopi, ut iustum fuerit, iudicabit. Item notandum, quod ubicumque comiti cedunt LX denarii ratione Wandel, ibi cedunt advocato XII.

Item notandum, quod iudicium non transit cum feudis ad heredes. Preterea steuram regalem nullus habet in feudo, sed ab omnibus iuxta formam superius expressam domno episcopo integraliter solvi debet.

